cognitum, absque ullo vitio deprehendimus, & ita deprehendimus ſimul atque notavimus, ut in confectione Inſtrumenti collatæ Laureæ ſyncero animo atteſtari poßimus, velimus, atque debeamus.

Facta jam inſpectione, & peracta recognitione, præterea abs te HENRICO GEIGERO *Notario publico, peto flagitóq́, ut ex ſæpè fato Diplomate* Principium, *uſq́ ad* §. Dantes. §. præterea *uſq́ ad* §. Ut autem, *Et tandem* §. Mandantes. *uſq́ ad finem clara, & diſtincta voce prælegere velis; Ex quibus* §§. *procul dubio omnibus ſydere clarius conſtabit, An* à Sacra Cæſarea Majeſtate *per præſens hoc* Cæſareum Diploma *licentia coronandi Poëtas clementiſſime mihi data fuerit, nec ne?*

RV-